



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

50. Tribulatio divinus est favor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

Tribulatio divinus est  
favor.

## PUNCTUM L.

*Psal. 93.  
Vatab.  
Flagella Dei  
beatum fa-  
dunt.*

*Psal. 98.*

*Deus beneficus  
est, cum plectit.*

*2. Mach. 6.*

*Cant. 5.  
Alij.  
Matt. 27.*

*Philip. 1.  
Passio pro Chri-  
sto praefat fidei  
dono.*

*D. Thom. &  
Haym. ibi.*

*Cajet. in 2.  
P. q. 46. ar. 5.*

*Tribulationes  
deificavit  
Christus.*

**B**eatum eum appellat Propheta, quem Deus tribulationis favore sequitur. Beatus, quem tu erudieris, Domine. Vatab. ex Hebr. Beatus, quem tu castigaveris, Domine. Conscribenda est tribulatio inter favores.

David recenset favores, quibus Deus Israëliticum populum afficit: Invocabant Dominum, & ipse exaudiens eos. In columna nubis loquebatur ad eos. Favores insignes. Pergit: Deus, in propriis frustis eis, & ulciscere in omnes adiunctiones eorum. Quid C aias: Inter favores ultro, & tribulatio? Ita. Sic Machabæi illi: Etenim non sinere ex sententia agere, sed statim utiliones adhibere, magni beneficij est indicium.

*Et iste, inquit Sponsa, est amicus meus.*  
*Alij: Et iste est affidatio mea.*  
Chaiiores magis tribulati sunt, quod est, majoribus favoribus sunt affecti. Christus in Cruce, Virgo, & Dilectus iuxta Crucem: non tam dilecti à longè: ini mici, inimici Crucis.

*Vobis donatum est, ut non solum in ipsum credatis, sed etiā ut pro illo patiamini. Quid? Estne favor æqualis fidei? Est major. Sic D. Thomas: Quod est majus denum. Et Haymo subdit: Quod non concedit, nisi amatoribus suis: fidem autem amatoribus, & non amatoribus,*

Christus, inquit Cajetanus, generalitatem passionum suscepit, ut universum quoad mala (scilicet poena) deificaret, ita quod sicut Verbum divinum suscipiendo humanam naturam, assumptis quodammodo totum universum quoad bona, ita suscipiendo mala hominum in generalitate suarum passionum, deificavit totum universum quoad mala. Prodest autem malorum hujusmodi tanta dignitas humano generi valde, quoniam malorum incursum post Adæ peccatum inevitabilis

A est, & necessarius in via virtutis ambulantibus ad cœlestem Patriam. Naturaliter autem exosa, fugibilia, tristia, que sunt mala, & propere arcta, duraque dicunt via virtutæ, sed ubi assumpta à Verbo in propriâ personâ mala sunt, deificata proculdubio sunt, & inde redditæ sunt desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, cum non habentur. & dulciora super mel, & favum, cum habentur, ut gesta Martyrum restantur, dicentum: Hoc est, quod semper optavi. Has epulas ego semper optavi. Videor mihi, quod supra roseos flores incedam, &c. Et hinc virtutis via, patiendo mala, facta est humano generi amabilis, desiderabilis, atque deliciabilis secundum se ipsam. Sed anima homo non percipit, quae Dei sunt; pa latio enim non sano poena est panis, qui sano est suavis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis. Hucusque Cajetanus hoc loco, ut alibi sèpè, velut Dux, & Magister virtutis spiritualis.

Qui nunc favor est, jam deificatas habere tribulationes? Pulchre Sedulius: *Sedul. lib. 4. carm.*

*Ipsaque sanctificans in tormenta bearvit.*  
Communicantes ergo Christi passionibus gaudete. Sic & Tertullianus: *Quin infuper Tertiū. lib. graculari, & gaudere nos decet dignatio- de patient. c. II.*  
ne divinae castigationis. Expende illud: *Dignatione, &c.*

Magis dilecti à Principibus, magis di tantur. Ut divites facit Deus, quos magis diligit! Sed quibus divitiis? Aperuit Do minus thesaurum suum, & protulit vestimenta sue.

*Deinde (divini amoris) fulgor egrediens Ezech. 1.  
(tribulationis.)*

Ut hos favores Sponsa peroptabat! Surge Aquilo: veni, Auster. Quid turbulentissimos ventos peropras? Sic, sic perflent tam Aquilo, quam Auster hortum meum. Et fluent aromata virtutum, &c. Sic Ric. Beda, Cassiodorus.

Favor adeo insignis est, ut comprehendendi nequeat. Hoc sibi volebat Jacobus: *Inc. I.*  
*Si quis vestrum indiger sapientia, postulet à Beda,  
Deo. Ubi venerabilis Beda: Egerat jam insignitum  
de patientia, & subdit: Si quis vestrum indigit sapientia; quasi diceret: Si quis ve-*  
*strum*

Strum non potest intelligere utilitatem, & dignitatemque tribulationum, ac adversatum postulet à Deo, &c.

Adeò excellens favor, ut inter cælestia præmia, ut favor cælestis recensatur. Centuplum accipiet, cum tribulationibus, &c.

Divinam huic favorem admirabatur Propheta: Quid est homo, aut iuxta alios, quid est Enos, obliviscentis ex Lorino, calamitosus, infirmus, agitutinis deploratus? quod memor es ejus, aut filius hominis, quia (ceu Medicus) visitas eum? Quid, cum febrem immittit? Dei visitatio. Quid, cum deplorato te afficit morbo? Dei memoria qua veluti Medicus te visitare decrevit. O divinum favorem! & tu Enostobliviosus?

Ut hunc Medicum peropebat David: Ne declines in irâ servo tuo. Quasi diceret: Ne quæso, cælestis medice, indignatus domum meam transfilias.

Quid rogas, inquit August, ne declinet in irâ? Si à te declinaverit in irâ, non in te vindicabit. Si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potius, ut declinet à te in irâ, non accedat. Novit quid desiderat. Ira ejus non est nisi aversio vultus ejus.

Succurrat hoc loco memorix illud, quod vidente D. Ambroſio accidisse narratur. Cum B. Ambroſius Romam pergeret, & in quadam villa Tuscia apud quendam nimis locupletem hospitatum fuilier, hominem illum super statu suo sollicitè requisivit. Cui ille respondit: Status meus, domine, semper felix extitit, & gloriōsus. Ecce enim infinitis dignitatibus abundo: servos, & famulos infinitos habeo: copiosam filiorum, & nuptum turbam possideo, & omnia semper ad volta habui: nec unquam mihi aliquid adversum accidit, nec quod contristaret, advenit. Quod audiens Ambroſius, vehementer obſtupuit, & his, qui secum erant in comitatu, dixit: Surgite, & hinc quartocū fugiamus, quia Dominus non est in loco isto. Festinate, filij, festinate, nec fugiendo morām facite, ne nos hic ultio divina apprehendat, & in peccatis illorum nos pariter involvat. Cum ergo fugeret, & aliquantulum pro-

cessissent, subito se terra aperuit, & hominem illum cum universis, quæ ad se pertinebant, ita absorbuit, ut nullum iude vestigium remaneret. Quod cerneas Ambroſius dixit: Ecce Fratres, quām misericorditer Deus parcit, cum hic adversa tribuity, & quām levere irascitur, cum semper prospera clargitur. In codem autem loco fovea profundissima remansisse dicitur, que usque hodie in hujus testimonium perseverat.

D. Hieron. premens verba illa: Irama- Hier. ep. 33. gnar irascar. Magna, inquit, ira est, quando Dei magna peccantibus non irascitur Deus. Unde & ira que. in Ezechiele ad Jerusalem: Iam, inquit, non irascar tibi, zelus meus recessit à te. Medicus si cessaverit curare, desperat.

### C Tribulationes perferre, iusto- rum, Christianorumque.

### PUNCTUM LI.

PRIMUS justus, Abel. Hebr. *Luctus*. Genet. 4. Alius, qui cœpit invocare nomen Hebr. Domini peculiaris studio, fuit Enos. Hebr. *Tribulationum Oblitus*: quasi diceret, qui plus spiritum Iustos perse- profitebantur, plus erant afflicti. Justi *quintur*, semper tribulantur Job: Si justus fuerit, non Job, 10. levabo caput, tatus in afflictione, & miseria. D. Hier. D. Hieron legit: Si justus fuerit, non potero Matth. 2. reclinare caput. Maldon.

Maldonatus egregiè quidem causam ibid. requirit, cur Angelus dixerit Joseph. *Iusti adolere Accipe puerum, & fugi in Egyptum*. Vide non possunt, decur, inquit *Egyptus esse schola filiorum Dei*, quia adolere non possunt, nisi vexentur.

Omnis dies pauperis Hieron. populi Dei Prov. 15. electi mali: afflictionibus scilicet, æru- mnisque pleni.

Iusti sunt positi in signum, in quod mundus omnia sua tela collimat, vibratrum scopi. Hie positus est in signum, cui contradic- Lyc. 2. tussit. Posuit me tangere in signum ad sagit- Thren. 5. tam. Posuit me sibi quasi in signum. Ubi Iob. 16. Gregorius afferens illud. Apostoli: Ipsi sciti, quoniam in hoc positi sumus; ac si eis aperte

*Mart.*

*Psal. 7.*  
*Lorin. in*  
*Psal. 102.*

*Psal. 26. 9.*

*Aug. ibid.*  
*Desiramus opta-*  
*bet David.*

*Pet. de Na-*  
*vall. 2. c. 36.*

*Quām Deus*  
*fuerit cuidam*  
*iratus, qui*  
*omnia semper*  
*habuit proſpe-*  
*ra.*